

IOANNES BACCANELLIUS
EXCELLENTISSIMO MEDICO

Ioanni scutellario ex ordine equestri
dignissimo ac viro unde =
cunque doctissimo.

S. P. D.

*



ERTVM est mi doctissime Io= annes quod olim elegeram, quæ= dam medicorum dogmata, ad me= deni normam satis (meo iudicio) oportuna tum ut inde labili memo= riæ quandoque alijs in rebus occu= pata, succurrerem, cum etiam illis satisfacere, qui non nisi auctoritatibus etiam si mille rationes proba= tissimæ adducerentur, acquiescere nolunt. Certe ut in= genue fatear. Quod ex mea inuentione non poteram, ut græce loquar συλλεξαµενος γαρ πολλὰς τῶν παλαιῶν ἐκ τῆς βιβλίου ἀσθενῶν, ἐν µίασ τοῦ τῶν ἐµαυτῶν ἰδρυσα, ac flores uarios ueluti ex pratis relegēs ita effeci, ut quod= prima nauigatione non poteram, πρὸς τὸ ν δευτερον ἀπα= δοῦν me contulerim ac expediuerim. Sed opus adeo uti= le ac gratum esse non potest, ut tuo excellenti ingenio possit satisfacere. Quamquam (ni fallor) nihil in eo di= ctum uel excogitatum est, quod auctoritate non com= probetur, quod plenum non sit, quod non remedijs sul= citum, quod breuitatem etiam non amplectatur: in quo multa uno intuitu uisuntur ac comprobantur, quæ sic= co pede (ut aiunt) forte intacta dimitterentur. Non au

derem tamen (quod expostulas) ut formis excussum
istud opus in publicum prodiret, Ne mihi nouo homi-
ni & uix intra proprios lares cognito, id mihi uitij
daretur quod scilicet plura uoluerim amplecti & ex-
primere, quae semidocto cuius homini nota ac uulgata
sunt. Et ita trita ac explosa ut uix de illis mentio
fieri debeat. Urget tamen me tua quotidie humanitas
& potissimis praecipue rationibus adhortatur, ut illud
iam iam in lucem pariam, & alios iuuenes huiusce
mei laboris participes efficiam. Certe uereor ego, Si
tua uoluntati obtemperare uoluero, Ne uelut inter olo-
res anser primum obstrepere uidear. Et quum plurimum
nominis apud te sim. Ne deinceps de me id fiat, ut est
apud Theocritum quod *τοσων εχης λαβας οσων ποικα θυσιω
φαντι οσδια λαθημεν ευσλοκαμον αριαδνας*. Nosti enim (ita
uaria sunt hominum ingenia.) Quod uni placere so-
let multis non placere posse, Nec te praeterit, quod in di-
uino illo Platone confusionem criminantur, in Aristo-
tele tenebrosam obscuritatem, in Plinio turbulentam
quandam congeriem, In Paulo Aegyneta miram bre-
uitatem, In Auicenna etiam nuper emendato quandam
nominum barbariem, In Galeno nimiam prolixitas-
tem & ad praxim non desideratum ordinem, In aliis
confusionem potius quam compositionem, Qui dum
latini uideri non possunt, interdum ita loquuntur, ut
uix a paucis quid uelint intelligantur, Quid dicam de
Hippocrate? Qui modo laudatur, modo a Galeno
damnatur ac reprehenditur, Hunc deinde Auerrois
pluribus in locis, altoqui doctissimum, etiam redar-
guit. Postremo Thessalus omnium placita Medico-

rum renuit, ac confutat, adeo, ut nihil sit in scientijs ab
omni parte beatum, Quare si uera hæc tibi esse uideretur,
existimare poteris, puxilla hæc mea, quæ nec nomine
digna sunt, Si in lucem exierint, quo tandem appullerint,
ac peruenerint, ut *τιμωτέρα*, sicuti dici solet,
ωδνητῶν γραφισμῶν τα χαρτια σοι. Verum si his rationibus
acquiescere nolueris, ecce mitto tibi librum, ut tuo
arbitratu eo utaris ac abutaris, Expunge ac refeca,
Quod est superfluum, Quod uero deficit adiunge, Fac,
ut lubet, modo id intelligas animi nostri pignus apud te
esse, & tenax nostri amoris intimi quoddam uinculum,
Vale & ut facis me ama, Ex ædibus nostris. s. C.
lendas Maij, Anno 1550.